

Concilia quoque habita astipulantur. Concilium enim
Nicenum. C. 18. Elibertinum c. 20. Arelaten se C. 12.
Laodicenum C. 5. Chartaginense 19. C. 16. Constanto-
polita num. 6. c. 16.

XXIX.

Cum Jure fori Usuræ pugnant: Nam Plato in-
quit l. 3. de legibus: μή δὲ δανείζειν, ἢ τὴν ἰσχυρὰ ὡς ἐξὸν μὴ
ἀποδιδόναι τὸ ὄψιν παντὶ τῷ δανεισάμενῳ, μήδε ἰσχυρὸν μήδε κεφά-
λαιον. exterminandos idem in eodem libro statuit, &
Seneca lib. de benefic. 7. inquit: *Quid fœnus & Calen-
darium & Usura nisi humanæ cupiditatis extra naturam
questita nomina?* Romæ aliquoties repressæ teste Ta-
cito l. 6. p. 148. Et quantò improbiorem fure fœnera-
torem quadruplici damnatum, cum fures tantum du-
pli damnarentur. Casus l. 1. Theauri Oeconomix c. 6.
inquit: *Suadeo igitur omnibus oeconomicis, ut huic arti
non studeant, quam natura, ratio, Philosophia, Leges hu-
manæ & divine planè & expresse negant.* Nec his obstat
quod Cato dicit sancitum fuisse in l. 12. Tabul. ne quis
amplius, fœnus exerceret, unciariâ usurâ: illudam pu-
tat hæc lege Hotomannus, *quest. 40. p. 508. de Usuris,*
esse fœneratoriam artem, cum unciarium fœnus pro-
pè damnosum sit creditori. Bodinus, non modo ra-
dices, sed & fibras hujus mali penitus amputandas di-
sputat. *lib. 5. de Rcipub. cap. 2. Cuncius 7. Pol. c. 17. §. 5.*

XXX.

Nec hodiè, cum admodum pansis navigent ve-
lis usurarii, quod laxâ frenentur habenâ, usura appro-
batur, simpliciter, vide Wesembecium pag. 685. *neq; ta-
men minus cum lex civilis non approbat, sed propter com-
munem necessitatem permittat quoad antenus usurus.*

XXXI.

Jus de Usuris capiendis hodiernum, partim ne-
cessita-